

**www.e-rara.ch**

**Pandectarum sive partitionum universalium Conradi Gesneri Tigurini,  
medici & philosophiae professoris, libri XXI**

**Gessner, Conrad**

**Tiguri, anno 1548**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: 5.13,2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1936>

Partitionum universalium liber XVII. De oeconomica philosophia.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# PARTITIONVM VNIVER

303

SALIVM LIBER XVII. DE OECONOMICA  
nomica philosophia.

## ABSOLVTISSIMO TYPOGRAPHO VĒ

NETIIS, VINCENTIO VALGRISIO,

Conradus Gesnerus S. D. P.



NIQVVS omnino uiderer mihi futurus in te, charissime Vincenti, nisi inter claros ætatis huius typographos, quos quidem ego noui, te quoq; cōmemorarem: Quod ut merito facere debui, propter insignem qua præstas in arte tua excellentiam: ita ut facerem promptius admonuit me humanitas tua, quæ nõ parũ illustris in me fuit cum Venetijs, annus puto hic sextus agitur, mensem unum apud uos traherem: Huius me in tanta occasione immemorem esse nequaquam decuisset. Dono igitur famæ tuæ & amicitia nostræ Librũ hunc, aut potius Syluam Oeconomicæ disciplinæ: Qui tibi, si non librorum, quos in hunc usq; diem excudisti: liberorum tamen, quos tibi esse audio, uxorisq; & familiæ nomine, recte conueniet. In hac enim Philosophiæ propagine, mariti & uxoris officia mutua, educatio & institutio liberorum, familiæ gubernatio, deniq; rei familiaris augendæ præcepta traduntur. Hæc si in priuatis familijs bene processerint, gloria & utilitas inde toti reipub. accrescit: sin minus, contrarium. Quamobrem ut ethica doctrina & institutio singulorum, ad familiam & æconomicam se habet: sic familia ad rempub. integram. Etenim uir bonus sit oportet, bonus paterfamilias futurus: & bonum principem fore nemo crediderit illum, qui non optimum prius æconomum & familiæ suæ rectorem se declarauerit. Proinde quæ ternarij ad unitatem ratio est, eadẽ politicæ philosophiæ fuerit ad ethicam, à qua excludi non potest: hæc uero ab illa potest. Sic & Oeconomicam non sine ethica, sed sine politica constare posse aliquis dixerit. Sed quanquam hæc fieri possent, nunquam tamen auratisime fit, ut uel bonus uir solitarius extra omnem familiam, uel ulla bona familia extra rempub. sit. Proinde maxime coniunctas & inuicem cognatas, ita ut plurimum inter se dent & accipiant necessitudine quadam opis mutua, ethicam, æconomicam & politicam, iudicare oportet. Et fortasse non absõna fuerit hæc collatio, si quis Ethicam matri comparat, quæ singularis est: Oeconomicam filijs & filiabus, quorum suam singulis curam mater impendit: Politicam deniq; nepotibus, qui tertius gradus, & in maximo iam numero est. Verum quid ego hæc tibi? Hoc potius huius loci erat, Officinam tuam celebrari, & pulcherrimas eius fœturæ nominatim studiosis propinari. Et quanquam scio te minime desyderare ut à me lauderis, neq; præcone opus habere libros apud te natos: (qui omnes tum argumento stiliq; ornatu, quæ commendatio authorum est: tum characterum elegantia & contextu elegantissimo, quod uestrum est: abunde sunt uendibiles) in studiosorum tamen gratiam, qui diuersas orbis regiones habitant, ea quæ uidi uel ex alijs audiui, Officinæ tuæ uolumina commemorabo. Publicati sunt igitur, intra sexennium ni fallor, opera tua codices, qui sequuntur:

¶ Michaël Ririus. Alciari liber de duello Latine & uulgari Italico sermone.

¶ Item in re Medica Latine, Martin. Akakia in Microtechnen Galeni. Anto. Musa Brasauolus de simplicibus. Idem de pilulis. Michaël de Villa noua de syrupis. Opera Hippocratis in 4.

¶ Aphorismi Hippocratis cum commentarijs Leonardi Fuchsi. Io. Fernellus de naturali parte medicinæ. Idem de euacuandi ratione. Iaco. Syluius de simplicibus. Eiusdem Practica. Fran.

¶ Valleriola in 6. libris Galeni de morbis & symptomatis. Leonelli practica in 8.

¶ Ad hæc uulgari Italico sermone: Apophthegmata. M. Aurelius. Thucydides. Diçtys

Creteñ. de bello Troiano. Leonis Baptistæ architectura. Orationes quædam. Nunc etiam audio Dioscoridem in lingua uulgari, à Petro Matthæolo Senensi illustratũ & accessione aliqua auctum,

propediem ex Officina tua prodituum. Hi tui sunt libri, ornatissime Vincenti, imò thesauri, quibus

republicam literariam ditasti & ornasti: nec dubito quin alios plures mihi incognitos & antehac excu-

deris, & excusurus sis breui, quod ut diu & feliciter facias toto pectore tibi opto. Vale, & eo animo

munusculum hoc Oeconomicum suscipe, quo ipse mitto: Sic optimum te patremfamilias & opibus &

liberis in multam usq; senectam Deus benignissimus magis magisque augeat. Tiguri anno Salutis

1548. Iulij die 10.

Ff

DE OECONOMICIS  
TITVLI LIBRI XVII, DE  
Oeconomicis.

- |  |  |
|--|--|
| <p><b>TITVLVS I.</b> De oeconomica philosophiae parte in genere. Et de obedientia. De qua uide etiam in Politicis Tit. 5.</p> <p><b>II.</b> De parentibus bonis &amp; malis.</p> <p><b>III.</b> De prole, fratribus, cognatis. De aetatibus, infantia, pueritia, iuuentute, senectate. Vide in physicis quoq; Tit. 10. par. 5.</p> <p><b>IIII.</b> De educatione &amp; institutione liberorum.</p> | <p><b>V.</b> De matrimonio, &amp; nuptijs.</p> <p><b>VI.</b> De adulterio. (De scortatione in genere, uide in Ethicis Tit. 26.)</p> <p><b>VII.</b> De muliebri sexu in genere.</p> <p><b>VIII.</b> De seruis, seruitute &amp; dominis, &amp; libertis.</p> <p><b>IX.</b> De augenda re familiari. De pecunijs &amp; pertinentibus ad ipsas. (Vide etiam in Politicis, Tit. 9.)</p> |
|--|--|

**TITVLVS I. DE OECONOMICA PHILOSOPHIAE PARTE IN GENERE;**  
Et de obedientia.



Ristotelis Oeconomicorū libri 2. Leonardo Aretino interprete, quorū prior solum Græce excusus habet. Argumenta uide Tom. 1. in Aristot. Eisdem Latinitate donauerūt, Iacobus Lod. Strebæus, Gilbertus Cognatus, Christophorus Hegendorphinus, Leonardus Aretinus, et post eum Bernardinus Donatus Veroneus.

In Aristotelis Oeconomica commentarius Iac. Fabri Stapulensis, & Conradi Hensel. Scholia Christoph. Hegendorphini. Fr. Robortelli, in Annotationibus suis super uarios auctores, in Oeconomica etiam quædam annotauit. Vide supra lib. 1. Tit. 1. par. 13. qui scripserint in totâ philosophiâ, & in omnia Aristotelis opera.

Xenophontis Oeconomicus liber Græce & Latine, Raph. Volaterr. & Iac. Lodoico Strebæo interpretibus.

Oeconomicorum liber 7. Vincētij Beluacei, in Speculo Doctrinali.

De Oeconomia libri 3. Ge. Vallæ; Sermo Stobæi.

Oeconomicorū libri 3. Conradi de monte puellarum; suspicor autem eundem esse auctorem quem paulò ante nominauit Conradum Hensel.

Bernardi Syluestris epistola de regimine rei familiaris.

De oeconomia, Iac. Mag. in Sophilogio 1. 2. 15.

Vide supra lib. 13. Tit. 13. ubi de re rustica; cuius bona pars ad Oeconomiam pertinet; & multa sanè apud plerisque rei rusticæ scriptores, oeconomica præcepta, ad rem præcipue familiarē tuendam uel augendam, leguntur.

¶ De obedientia, Manip. florū. Octau. Mirand. Plura uide in Politicis Tit. 5. Quamquã autem non oeconomica solū, sed etiã politica uirtus obedientia sit, quã populus magistratui debet; Magis tamen ad Oeconomica pertinere uidetur, quoniam prius in familia quã repub. exercet; idq; in omnibus prope modū familiæ partibus. Nã et uxor marito, & liberi parētibus, & serui heris in bene cõstitutis familijs obediūt. De disciplina uide paulò post, Tit. 4.

**TITVLVS II. DE PARENTIBUS BONIS & MALIS; Et primum de familia et familiarib. quedam in genere.**

**P**aterfamilias, Iacob. Mag. in Sophilogio 1. 2. 15. & 1. 2. 16. (Ius 1. 53. Cura patriæ, familiæ, amicorum, Marci Inimici hois domestici eius, Marf. 8. 21. De domestica discordia, Sabellic. 3. 10. Quam exquisita custodia usi sunt, quibus suspecti domestici fuerunt, Valerius & Fulgus 9. 14. ¶ Parentes, Octau. Mirand. Manip. florū. Pet. Lagnerius ex Cicer. Lumen animæ, par. 2. cap. 174. Parentum nomine quid intelligendum, Cælius 11. 21.

Parentes

- Parentes & liberi quomodo accipi debeant apud iurecōsultos, Crinit. 15. 8.
- Verbum liberorum & parentum in edictis p̄torum quos comprehendat, et an ad omnes in infinitū extendatur, Alexander ab Alexand. 1. 15.
- Parētes esse Iouis simulachra, Cael. 11. 21.
- De parentib. & liberis, Hier. Pad. 2. 3. 4.
- De parentibus erga liberos, Raph. Volaterr. libro 30.
- Patres quales sint erga liberos, Stobæus.
- De parentum moderatione aduersus susceptos liberos, Valerius & Fulgus 5. 9.
- De honore parentum & amore prolis, S. pater Maximus.
- Charitas parentum erga liberos, Sabellicus 3. 4.
- De parentum amore & indulgentia in liberos, Valerius & Fulgus 5. 7. & Brusonius 5. 4.
- De bonis parentibus liberos educantibus, Antonius Monach. Melissæ 2. 9.
- De parentum in liberos autoritate, Sabellicus 3. 1.
- De parentū seueritate aduersus liberos, Valerius & Fulgus 5. 8.
- De parentum seuera animaduersione, Sabellicus 3. 3.
- Quæ ratio, obseruatioq; officiorum esse debeat inter patres, filiosq; discumbendo, sedendoq; atq; id genus rebus domi forisq;, Gellius 2. 2.
- ¶ Nouerca, Brusonius 4. 24. Florileg. Græ. 1. 50.
- ¶ De parentibus negligentibus, Ant. Monach. Melissæ 2. 10.
- Crudelitas parentum in filios, Brusonius 5. 4.
- Thracum regis crudelitas in suos filios, Aelian. in Var. Græ. fol. 30.
- Patris cuiusdā crudelitas in filiū, Ibid. 5.
- Parentes liberorū interfectores, Textor in Officina.
- ¶ De patria & uicinia uide in politicis, Tit. 2.
- TITVLVS III. DE PROLE,  
fratribus, cognatis. De Aetātibus, infantia,  
pueritia, iuuentute, senectā.
- Filijs, Octau. Mirand. Bruson. 2. 34.
- Liberos in multitudinis numero etiā unum filium filiamue ueteres dixisse, Gellius 2. 13.
- Quæ ad propagandam sobolem indulta cōmoda à Romanis fuerint, Alexander ab Alexand. 4. 8.
- Filios tres aut quinq; habens secundum Laconicam legem quid lucratus sit, Aelian. in Var. Græ. fol. 32.
- De liberis in utrāq; partē, i. bona & mala, Raph. Volaterr. lib. 30.
- Bonum habere liberos, Stobæus.
- Inutile habere liberos, Idem.
- De liberis plura uide superius simul cū parentibus.
- Prolem masculā præferendā, Stobæus.
- Stattius libro 4. Syluarum Iulio Menecrati ob prolem gratulatur.
- Filiorum epitaphia, Florileg. Græ. 3. 31.
- In filias epitaphia, Ibid. Scommata, Ibidem 2. 21.
- De liberorum mortibus consolatio, uide in Ethicis, ubi de luctu, Tit. 8.
- Filijs parentum morientium oculos occludere non licebat, Crinit. 18. 12.
- De multitudine filiorum Priami, Tzetzes 7. 135.
- Iupiter orbis, Prouerbiū in Chiliad, Erasmi.
- Quod à parentibus filijs superfluitas ambitiosa optatur, Seneca lib. 8. epist. 61.
- De officio liberorū erga patres, deq; ea re ex philosophiæ libris, in quib. scriptū quæsitūq; est, an omnibus patris iussis obsequendum sit, Gellius 2. 7.
- Quæ ratio officiorū esse debeat inter patres filiosq; discumbendo sedendoq; atq; id genus rebus domi forisq;, Gellius 2. 2.
- Ingenia filiorum quomodo cognoscenda, Brusonius 2. 3. 4.
- Parentum cultus, Cælius 11. 17.
- Liberos debere præstare honorem parentibus, Stobæus.
- De honorandis parentibus, Hieronymus Tomo 4.
- De honore parentū, Vincent. Bell. 3. 10. 26. S. pater Max. Corui. in Apoph.
- De filiorum pietate in parentes, Sabellicus 3. 6.
- Aeneæ pietas in parentes, Cælius 19. 23.
- De meropum & ciconiarum pietate, Cælius 23. 34. Vide ἀντιπελαγίση in

- Chilsiad. Erasmi.  
 De liberorum obedientia ad parentes, Anton. Monach. Melissæ 2. 11.  
 Filios sæpe degenerare à parentibus bonis, Stobæus. Vide prouerbiū apud Erasmum, Heroum filij noxæ.  
 De filio prudente & imprudente, Antonius Mon. Melissæ 2. 13.  
 Apud gentes aliquas cædi ex more parentes, ac mox uerti in cibum: Platonis scita de parentū cultu, Cælius 11. 18.  
 A quibus uiolati parentes, Cælius 11. 17.  
 De quibusdam patrem euerberantibus raptantibusue, Cælius 11. 20.  
 De parricidis, Anton. Mona. Melissæ 2. 12. Textor in Officina.  
 Immane exemplū Tullia supra corpus patris ambulantis, & filij Eucratidis idem facinus admittentis, Alexand. ab Alexand. 2. 6.  
 Gentium quarundam truculentia in parentes: parricidarum supplicij ratio, Cælius 11. 21.  
 Prodidit Demosthenes consobrinū suū Demomelē: & Andocides rhetor patrem suum, Tzetzes 6. 49. & 50.  
 Scita admodū ac elegans expositio à Plutarcho de origine uerbi quod est spurius, Crinit. 20. 5.  
 Nabaten uocari ex adulterio conceptū, Cælius 18. 36.  
 Fratres, Octau. Mirand. Floril. Græ. 3. 3.  
 Fratritas, Manip. florum. (3. 3.)  
 De amore fraterno, S. pater Maximus.  
 De mutuo amore & charitate fratrum, Sabellicus 3. 7.  
 Fratres quid deceat, Brusonius 2. 39.  
 Fratrum mutua pietas, Ibidem & apud Valerium & Fulgosum 5. 5.  
 Quid fratriare & faterculare, ex Pompeij cōmentarijs, Crinitus 11. 12.  
 Sororum mutua pietas, Brusonius 2. 39.  
 Sorores quid deceat, Ibidem.  
 Quid sororis etymon dixerit Labeo Antistius, & quid fratris Nigidius, Gellius 13. 10.  
 De cognatis, Hierem. Pad. 2. 3. 5.  
 Qui proprie dicant Græce anepstij, Tzetzes 12. 424.  
 De inateribus restituitur Digestorū locus, Cælius 28. 24.  
 Inateres, elij, daer, galos, glos, Cælius, Ibid.
- De uicinis, propinquitate, & longinquitate, Hierem. Pad. 2. 3. 6.  
 De atatibus. (Vide etiam in Physicis Tit. 10. par. 5.)  
 Aetates, Octau. Mirand.  
 Infantes, Florileg. Græ. 1. 14.  
 Infantium epitaphia, Ibidem 3. 9.  
 Infantes apud Thebanos exponere legibus prohibitū, Aelian. in Var. Græ. fol. 8.  
 Cur maribus nono die, foeminis octauo, nomina imponere cōsueuerunt: Plutarch. probl. Rom. 102.  
 De Latinis prænominibus, Crinit. 20. 5.  
 Pluraq; ueterum prænomena unde deducta fuerint & denominata, Alexander ab Alex. 5. 4.  
 De prænominē, nomine, cognominē, & agnoie, Io. Ferrerij pedem, enarratio.  
 De quorundam nominum priorum origine, Macrob. Sat. 1. 6.  
 De nominibus & cognominibus, plura supra in Grammaticis Tit. 12.  
 Aetates, de quibus uide etiam in Physicis Tit. 10. par. 5.  
 Licnos quid, & unde: infantū in uanos depositio, Cælius 6. 2.  
 Quæ sint serperastræ in geniculis puero rum alligata: & Aristotelis uerba in Politicis ex Varronis sententia exposita, Crinit. 17. 5.  
 Pueritia, Octauian. Mirand.  
 De pueris, Stobæus.  
 Agefilaus in arundine cū filio equitans, Aelian. in Var. Græ. fol. 52.  
 Hercules cum pueris ludebat, Ibidem.  
 Cur pueros monilibus, quas uocant bullas, exornat: Plutar. probl. Rom. 101.  
 De officio adulescentum, Brunfelsius Pandect. libro. 6.  
 Iuuentus, Manip. florū, Octa. Mirand.  
 Iuuentus senum prudentia nitatur & regatur, Pet. Lagnerius ex Cicerone.  
 Senectus, Octau. Mirand.  
 Senectus & canicies, Corui. in Apophth. De iuuentute & senectute, Aristotelis liber Physicus: uide in Physicis Tit. 10. par. 5.  
 Honor parentibus & senioribus exhibitus, Coruinus in Apophth.  
 Senes uenerandi, Ge. Maior ex poëtis. Senibus

Senibus honores ampli habiti, Gel. 2. 15.  
 Quomodo senes ab anno sexagesimo  
 tertio se gerere debeant, Antonius de  
 Gueuara epistola 31.  
 Cato maior uel de Senectute dialogus,  
 M. T. Ciceronis. In eundem Me-  
 ditata Io. Metzleri: Vide in Physicis  
 Tit. 10. par. 5.

TITVLVS IIII. DE EDVCA-  
 tione & institutione liberorum.

DE pueris, Stobæus, Oct. Mirand.  
 Omnis disciplina inchoet à pueri-  
 tia, Marsilius 6. 59.  
 Concepta semel opinio uix deponitur,  
 Pet. Lagnerius ex Cicerone.  
 Mores crescunt cum ætate, Ibidem.  
 Pædagogia, Ge. Maior ex poëtis.  
 Pædagogia, pædagogiani pueri, Cæ-  
 lius 7. 3.  
 Vita adolescentulorum, Io. de Indagi-  
 ne, uel Hagen.  
 De ingenuis moribus, Petrus Paulus  
 Vergerius.  
 De morib. iuuenū, elegi Moreti barbari.  
 De moribus puerorum, Nicolaus Bor-  
 bonius.  
 De claris puerorum moribus, L. Vitru-  
 uius Roscius.  
 De ciuilitate morum pueriliū, Des. E-  
 rasimus Rot. operum eius Tomo. 1.  
 Enchiridion elementorum pueriliū, ex-  
 cusum Vitembergæ apud Iosephum  
 Clugum; continet sententias prosa &  
 carmine ad institutionē & studia pue-  
 rorum. Huiusmodi & alia alibi ex-  
 cusa sunt, & subinde cuduntur.  
 Morales sententiæ pro pueris Iac. Vuim-  
 pfelingi.  
 Morales sententiæ tum alias, tum quæ  
 puerorum moribus conueniunt, uide  
 de supra in Ethicis Tit. 22.  
 De disciplina, Irenæus Lugdunē. De  
 obedientia, uide supra in fine Tit. 1.  
 De bono disciplina, Aurel. Augustinus  
 Tomo 9. operum eius.  
 De obseruatione disciplinæ, Cyprianus.  
 De disciplina iuuenum, Hugo de S. Vi-  
 ctore.  
 De iuuenibus disciplina ornatis, Anto.  
 Monach. Melissæ 2. 19.  
 Educatio, institutio, Ge. Maior ex Simil.

Ingenij malitia, & institutio, Index in  
 prouerb. Erasmi secundum locos.  
 De liberorum institutione, Sabellicus 3.  
 2. Plutarchi libellus Græce & Latine  
 Guarino Veroneñ. interprete.  
 De institutione puerorum, Vincentius  
 Bell. Io. Riuus. Corui. in Apophth.  
 Otho Brunfelsius.  
 De institutione puerili, Rutgeri libri 2.  
 De puerorum bona institutione, Brun-  
 felf. Pandect. libro 6. circa finem.  
 De institutione adolescentium, Huld.  
 Zuinglij aphorismi; Nonnulla etiam  
 in libello Philalethis Clementis.  
 De puerorū eruditione, Nicolai Perote-  
 ti liber 1.  
 Variæ apud diuersos gentes puerorum  
 institutiones, & infantibus Romanis  
 quæ documenta fuerint, Alexander  
 ab Alex. 2. 25.  
 De pueris liberaliter instituendis, Iaco.  
 Sadoleti liber: & alius Des. Erasmi,  
 Tomo 1. operum eius.  
 D. Hieronymi epistola ad Lætam de in-  
 stitutione puellarum.  
 De generosa puerorum educatione Ia-  
 cobi Comitis Purliliarum libellus op-  
 ptimus.  
 Præcepta uite puerilis, Ioach. Camerarij.  
 De pueris optimis præceptoribus com-  
 mendandis, P. Faustus Foroliu.  
 Exhortatio puerorū ad scholas, per Mar-  
 tinum Lutherū. De scholis & præ-  
 ceptorib. uide lib. 1. Tit. 1. par. 12.  
 De educatione leges Socraticæ ex Pla-  
 tone, in Hecatonomia Iac. Fabri Stap.  
 De educatione liberorum, Aeneas Syl-  
 uius epistola 431. item Epistola mulie-  
 ris Theanūs.  
 De liberis pie educandis, Cælius Secun-  
 dus Curio.  
 De liberis educandis Catonis liber à Ma-  
 crobio citatur.  
 De educatione puerorum, Fran. Philela-  
 phus, Ioachim. Camerarius.  
 De educatione puerorum, & claris eorū  
 moribus, Maphei Vegij libri 6.  
 Liberi quomodo educandi, & exempla  
 aliorum quam uim habeant, Ge. Ma-  
 ior ex poëtis.  
 Filiorum educatio utilis præsentī uitæ,  
 Ttetzes 13.

- De iuuenum moralitate & naturalitate, Hierem. Pad. 1. 3. 17.
- Ad iuuentutis emendationē, Catoptron, id est, Speculum, Guil. Bigotij.
- De moribus iuuentutis corrigendis, Christophorus Hegendorphinus.
- De ludis puerorum, Ioach. Camerarius.
- Iuuentuti ludus quidam, et uoluptas interdū aliqua permittatur, Petrus Lagnerius ex Cicerone.
- Pueris qui colluserint, uide supra in Ethicis Tit. 29. & in Grammaticis Tit. 12. par. 6.
- Agasilas in arundine cū filio equitans, Aelian. in Var. Græ. fol. 52.
- Licentia, Brusonius 3. 39.
- Indulgētia parentū in filios, Brusonius 5. 4.
- Nobiles pueri Atheniensium tibijs carere cur desierint, Gellius 15. 17.
- Vinum bibere filijs & filiabus non licebat in Co. donec, &c. Aelian. in Var. Græ. fol. 75.
- Modestia motuum corporis, Vincent. Bell. 1. 3. 101.
- Toruitas, Index in prouerbia Erasmi secundum locos.
- De munditia seu puritate corporis magorum, & quomodo obseruanda, Agrippa 3. 54.
- Morum munditia, elegantia, et ciuilitas, Ge. Maior ex poetis.
- Cur magnis uiris caput aperiri moribus receptum sit, Cælius 20. 12.
- Vnde fluxerit mos ueladī caput, illudq; aperiendū uiris principibus, Polydor. Verg. 4. 13.
- Vnde fluxerit mos osculo salutādi, Ibid.
- Cyrus quomodo educatus, Aelianus in Var. Græ. fol. 56.
- Quibus disciplinis atq; præceptis Persarum reges filios instruerent, & quopotissimum ætate, ex Platonis Alcibiade, Crinitus 1. 2.
- Lacedæmonij quomodo liberos alant & assuefaciant, Aelia. in Var. Græ. fol. 73. Vide copiose in uita Lycurgi apud Plutarchum.
- De pueris bomonicis apud Spartanos, Cælius 18. 1.
- Audienda sunt multa quæ ad uitam instituendā profunt, Iacob. Mag. in Sophilogio 1. 1. 10.
- TITVLVS V. DE MATRIMONIO & nuptijs: hoc ordine. 1. De matrimonio & uxore simpliciter. 2. An contrahendum. 3. Malum esse. 4. Bonū esse. 5. Pertinentia ad matrimonium. 6. Cause quibus impeditur. 7. De maritis. 8. De nuptijs, & ritus nuptiarum.
- Coniugium, Manip. florum. Lumen animæ, par. 2. cap. 39.
- Matrimonium, Octau. Mirandula. Coru. in Apophth. Manip. florum. Sermo Mart. Lutheri. Vuolfgangus Capito. Felix Malleolus. Doletus Tomo 2. Plura uide infra in iure ubi de Sponsalibus.
- Nymphia pro matrimonijs cur, Cælius 28. 27.
- Vxor, Octa. Mirand. Manip. florum. Cōiunx dicat an coniux, Cælius 16. 24.
- Quid oculis aut digitis uxorem ducere, Cælius 16. 6.
- De origine cōiugij, Polydor. Verg. 1. 4.
- De nuptijs, Antipater. Susarionis senarij apud Stobæum.
- De matrimonio liberorum, quod a parentib. neq; cogendi nec impediendi sint, Mart. Lutherus.
- ¶ 2. Vxor an ducenda, nec ne, Raph. Volater. libro 30. Antonius Codrus. Theon in Exercitamentis.
- An in Christi fide matrimonium omnino probabile sit, Cælius 28. 13.
- Probatio fuisse apud Romanos, ut equites & pedites in cœlibatu essent: tum leges allatæ contra cœlibatū: & quid item Moses & Plato statuerunt, Crinitus 14. 5.
- An sapienti uxor ducenda sit, Alexander ab Alex. 4. 8.
- De prouidentia contrahendi matrimonij, uel non contrahendi, Hierem. Pad. 4. 6. 4.
- ¶ 3. De molestijs coniugiorum, Io. Carnoteñ. libro 8.
- De matrimoni incōmoditatibus, Gerardus Dauentr.
- Qui nuptias uituperant, Raph. Volat. libro 30.
- Quam incōmodum uxorem ducere, Cælius 28. 14.
- De molestia uxorū, et dissuasiōe uxorationis, Hierem. Pad. 4. 6. 10.

Vxorem

- Vxorē ducere non esse bonū, Stobæus.  
 Cur Thales nuptias recusaret; curq; Veneri iungere Mercurius: item in re uxoria mores diuersi: epaulia quid, epactra, epacteres, Cælius 28. 18.
- ¶ Nuptias alijs prodesse alijs obesse, Stobæus.
- ¶ 4. Matrimonij laus, Marsilius 4. 48. Hierem. Pad. 4. 6. 3.
- De laudibus nuptiarum, Stobæus, Raphaël Volaterr. lib. 30.
- De laudibus matrimonij: & Marchionis Estensis, & Richardæ in eorū desponsatione, oratio 18. ex 30. per Albertum de Eyb collectis.
- Matrimonij cōmendatio, Cælius 28. 23.
- Agamij iudicium, Cælius 28. 24.
- Nuptiarum laudes continentur, nimirū etiam in plerisq; nuptialibus orationibus (de quibus supra libro 3. Tit. 9.) & Epithalamijs, de quibus libro 4. Titul. 9. par. 3.
- Matrimonium de naturæ profluere instituto, Cælius 28. 13.
- Metellus Numidicus censor, populum oratione ad uxores ducendas hortatus est, Gellius 1. 6.
- De honestis nuptijs, Anton. Mona. Melissa 1. 14.
- Matrimonij bonū triplex: item de sacramentis, Cælius 28. 19.
- Matrimonium nulli prohibitum egenti, Huldrychus Zuñglius artic. 28.
- Seni ducendam uxorem, Antonius Maria. Opsigamij iudiciū, Cæl. 28. 24.
- ¶ 5. De ducenda uxore, Valerius inter opera D. Hieronymi Tomo 4.
- De re uxoria Francisci Barbari liber Latine, & Gallice puto, excusus. De eadem Alberti de Eybe lib. 1. & Heremolaus Barbarus carmine.
- Quomodo uxor ducenda & principib. seruiendū, Aeneas Syluius epist. 45.
- De nuptijs leges Socraticæ, in Hecatomia Iac. Fabri Stap.
- De uxoris petitione, Stobæus.
- De re uxoria syllogismus Biantis, Gellius 5. 11.
- Contemplatio de diuersis matrimonijs, Andreae Stiborij.
- De institutione Christiani matrimonij, Des. Erasmus, & Hen. Bullingerus.
- Qui in propatulo pecudū ritu coirent, Polydor. Verg. 1. 4.
- Qua ratione ab initio inter mortales matrimonium fuerit contractum, & ibidem, an ulli unquam per leges licuerit plures simul habere uxores, Polydor. Verg. 5. 5.
- Vxores quot accipiant Thraces, Aelia. in Var. Græ. fol. 77.
- Dionysius duas uxores una die duxit, Ibid. fol. 62.
- De hoc, Pasce, lucrare, serui, ut duas mulieres, Tzetzes 9. 285.
- In nuptijs mores considerandi, non nobilitas, &c. Stobæus.
- Cuiusmodi uxor ducēda, Cælius 28. 15. Brusonius 7. 22.
- Cacogamij iudicium, Cælius 28. 24.
- Aetas nuptijs accommodata sit in sexu utroq; Cælius 28. 20. Stobæus.
- Diligentia circa matrimonium & nuptias summa sit, Marsilius 6. 56.
- Moribus effici in primis ut cōiugalis seruetur amor, Cælius 28. 21.
- De amore coniugali, Valerius & Fulgofus 4. 6.
- De indulgentia & amore coniugali, Sabellicus 3. 5.
- De mutua dilectione & fide mariti & uxoris, Hierem. Pad. 4. 6. 6.
- Connubium amore constans esse ueluti corpus unitum congenitumq; Cælius 28. 23.
- Cōiugalis amor quatenus progredi, Cælius 10. 24.
- Nuptialia uel coniugalia præcepta, Stobæi in locis communibus, Plutarchi Græce & Latine, Carolo Valgulio interprete.
- Leges coniugum, Aristotel. in Oeconomicis.
- Olympiadis Apophthegma in eum qui formosam quidem duxerat, sed non illibati nominis, Cælius 16. 6.
- Sapientem nihil secreti uxori suæ cōmittere debere, Antonius de Gueuara epistola 41.
- Conditionē filiaē quærere quid sit apud T. Liuium, Cælius 17. 29. & 28. 24.
- De institutione foeminae Christianæ, Io. Lod. Viuis libri 3. Latini, & Italice redditi.

DE OECONOMICIS

- Vxores in maritorum absentia quomodo se gerere debeant, Anto. de Gueuara epistola 51.
- Matronalis pudicitia, Coruinus in Apophtheg.
- De continentia coniugali, Fulgentius.
- De castitate & pudicitia atq; impudicitia, Hierem. Pad. 4. 6. 8.
- De fide uxorum erga uiros, Valerius & Fulgofus libro 6. cap. 7.
- Fides uxoris in uirum mortuum, Coruinus in Apophtheg.
- De Candaulę uxore prodente maritum, Tzetzes 6. 54.
- De Abascantij in Priscillam defunctam uxore pietate, Statius lib. 5. Syluarū.
- Responsum ad uarias interrogationes mulieris iuuenis, quę seni nupserat, Anto. de Gueuara, epist. 53.
- Cōsolatio ad maritos super uxorū morte, Anto. de Gueuara, epist. 54.
- Verba ex oratione M. Catonis de mulierum ueterum uictu & moribus, Gellius 10. 23.
- Dos, Octavian. Mirand.
- Profecititia dos & aduētitia, Cæl. 28. 24.
- Q. Seruij Sulpitij de dotib. liber 2. Gellius 4. 4.
- De mulieribus pauca diximus in Phisicis circa finem Tit. 11.
- Epiclesus puella & epiproecus: itē manda, pherne, phernion, hedna, Cælius 28. 15.
- De conuictu uiri & mulieris, Hierem. Pad. libro 6. partis 4.
- De officio & cura pertinentibus ad uxores & maritos, Idem 4. 6. 5.
- Varia nuptialia, Cælius Rhodig. tractat 28. 24. qualia sunt: Scotius qui dicitur & Parthenius: Ciceronis, Macrobij & Catulli loci illustrant: De hymenæo paucula præter rationē multorum: pastros, calyptra, ptelia, progamia, ptelij, proaulia, epaulia, apaulia, mellonymphus: cyamiffare, cyamus quid & unde: chamæpus sponsa, chamætypion, apotimemata, apotimetæ, prostimemata, genetyllides deæ, llithyia: ex dictamo corollæ cur dētur llithyia: nymphia, synnymphi: promnestria, proxenetria, nuptiatores, nupturire, sportulæ nuptiales, symbria, κτιλῶν, thyrsus, thysihla, Cælius 28. 24.
- ¶ 6. Io. Boschæi dicæogamia.
- De conseruatione aut separatione matrimonij, Hierem. Pad. 4. 6. 11.
- Lyfandri filiam qui desponsam habebat cur uxorem ducere noluerit, Aelianus in Var. Græ. fol. 32.
- Diuortij ritus: quicq; uxorem dimiserint: dimittere uxorem an dicatur Latine, Cælius 28. 16.
- De adulterio proximo Tit. dicitur.
- De repudij initio, Polydor. Verg. 1. 4.
- De adulterinis coniugijs, Aurel. Augustin. Tomo 6.
- Quid est quod ppinquis & cognatis nō nubunt, Plutarch. probl. Rom. 108.
- In quo gradu cognatiōis apud plerasq; gentes matrimonia licuerint, et quā diuersi mores in cōtrahendis nuptijs fuerint, Alexander ab Alexand. 1. 24.
- Illegitimas nuptias quas crederent priores: Aphrorum mos impudens: Super digamia nonnulla: Gorgophone: Matrimonia secunda quando primū usurpari cœpta: Erulorum mos, Cælius 28. 22.
- Q. Seruius Sulpitius in libro de dotibus scripsit de iure atq; more ueterū sponsaliorum, Gell. 4. 4.
- ¶ 7. Viri, Octavian. Mirand.
- Mariti electio, Brusonius 4. 13.
- De officio mariti, Io. Lod. Viuis liber 1. Latinus, & Italice translatus.
- Qualis maritus erga uxore esse debeat, & cōtra, Anto. de Gueuara epist. 48.
- Quanta cum animi æquitate tolerauerit Socrates uxoris ingenium intractabile: Atque inibi quid M. Varro in quadam Satyra de officio mariti scripserit, Gellius 1. 17.
- ¶ 8. Nuptiæ, Florileg. Græ. 1. 15.
- Gamos conuiuij species, Cælius 27. 24.
- Nuptias q̄t dierū celebrare liceat apud lassenses, Aelia. in Var. Græ. fol. 78.
- Encalymata, epicalymmata, edna, opteria, diaparthenia, Cælius 21. 26.
- Encalypteria, & anacalypteria: nymphę quid & unde, Ibidem.
- De comis hymenæorū, Tzetzes 13. 496.
- De hymenæo, Cælius 28. 24.
- Nuptiæ Alexandri cum Dariū uicit, Aelianus

- Aelianus in Var. Græ. fol. 37.  
 Andromedæ Perseiq; nuptiæ, Ouid. Me-  
 tamorph. libro 4.  
 Orphei Eurydicesq; nuptiæ, Ibid, lib. 10.  
 Pirithoi & Hippodamiæ nuptiæ, Ouid,  
 Metamorph. lib. 12.  
 Quare mos receptus sit plures in nuptiis  
 inuitare ad cœnâ, Plutar. Symp. 4. 3.  
 Quæ solennes ceremoniæ more Roma-  
 no in sponsalibus olim & nuptiis esse  
 consueuere; & quæ apud exteros, A-  
 lexander ab Alex. 2. 5.  
 Quid est quod nec plures nec paucio-  
 res, sed quinque tantummodo faces in  
 nuptiis accendunt, quas Cereos ap-  
 pellant; Plutarch. problem. Rom. 2.  
 Quid est quod noua nupta cum in ma-  
 trimonium datur, ignem & aquâ iu-  
 betur attingere; Ibidem 1.  
 Cur eorum qui uxores ducunt comam  
 hastæ cuspide discernunt ac discrimi-  
 nant; Plutarch. problem. Rom. 87.  
 Quid est quod maritus primo sponsæ nõ  
 in luce, sed in tenebris iungitur; Ibi-  
 dem 65.  
 Quid est quod publicis festis ueteri mo-  
 re uirgines non nubunt, uiduæ nu-  
 bunt; Plutarch. problem. Rom. 105.  
 Quid est, quod nouam nuptam, ipsam li-  
 men transcendere non permittunt;  
 Ibidem 28.  
 Quid causæ est, quod sponsam introdu-  
 centes iubent dicere, Vbi tu Caius,  
 ego Caia, Ibidem problem. 29.  
 Quid est quod in nuptiis Talasij nomen  
 crebrò iactatur; Ibidem 30.  
 Quid Mutius scripserit super ea mulie-  
 re, quam maritus non iure usurpauit  
 set, quod rationem ciuilibus anni nõ ha-  
 buerit, Gell. 3. 2.  
 Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones  
 in urbe Roma ante Carbilianum di-  
 uortium: Atq; inibi quid sit proprie  
 pellex, quæq; eius uocabuli ratio sit,  
 Gellius 4. 3.  
 Quare nec uxorem repudiare antea li-  
 cebat, nec nunc quidem, ut uideatur,  
 licet: quanquã Domitianus suo tem-  
 pore permisit; Plutar. probl. Rom. 50.  
 De Cijs uirginibus, & coniugijs apud  
 Cios sanctis, Plutar. de uirt. mulierũ.  
 Quid est quod ueteri more uxores nec  
 molere, nec coquere mittebant;  
 Plutarch. probl. Rom. 85.  
 Quid est quod uir ab uxore, uxor à ui-  
 ro, dono aliquid accipere phibetur;  
 Ibidem 7.  
 Quid est quod à genero ac focero iisdem  
 aliquid dono capere non licet; Ibidem  
 problem. 8.  
 Cur siue ex agro, siue peregre domum  
 redeant, qui uxores domi habent, ad-  
 uentus sui nuncios præmittunt; Plu-  
 tarch. proble. Rom. 9.  
 Panis prægustatio in nuptiis; parochus:  
 nubentes cur capita obtegerent: Cu-  
 ius esset nuptiales faces gestare, Cæ-  
 lius 28. 15.  
 In re uxoria gentium ritus uarij, Ibidem  
 Cælius.  
 Cur mense Maio uxores non ducunt;  
 Plutarch. problem. Rom. 86.  
 De coniugio, quis in eo ueterum ritus,  
 Raph. Volaterr. libro 30. Polydorus  
 Verg. 1. 4.  
 De coniugij uario apud gentes usu, Po-  
 lydor. Ibidem.  
 De ritu nuptiarum & dispensatione libri  
 3. Io. Genesij.  
 Quis liceret ante uirum nouam inire nu-  
 ptam, Polyd. Verg. 1. 4.  
 Quis primus apud Cephalenios puellis  
 ante nuptias misceretur, Aelianus in  
 Var. Græ. fol. 77.  
 Taxilitarum mores perabsurdi in filia-  
 rum nuptiis, Cælius 18. 32.  
 Pronubus annulus, Cælius 6. 12.  
 Nympharum in sacris mentio honesta,  
 nymphæ, Cælius 28. 24.  
 Quid farreatio diffarreatioque; absurdus  
 Romanorum mos in concedenda u-  
 xore filijs indigenti: confarreaturus,  
 Cælius 28. 17. Est aut farreatio uel  
 confarreatio, sacrificium quod fiebat  
 inter coniuges in signum coniunctio-  
 nis, diffarreatio contra.

## TITVLVS VI. DE ADVLTE-

rio. (De scortatione in genere uide in  
 Ethicis Tit. 26.)

**D**E custodia & indagatione suspectæ  
 impudicitæ mulieris 4. 6. 9. Hierem. Paduan.

De adulterio, Hierem. Paduan. 4. 6. 7.

- Vincent. Bell. 3. 9. 2. Coruin. in Apophtheg. Brusonius 1. 4.
- Mœchorum epitaphia, Floril. Græ. 1. 4.
- In adulteros lex prima, Cælius 20. 25.
- Quamnam Onobatim apud Cumæos fuisse dicemus? Plutarch. problema. Græ. 2.
- Mœchus cædis multæ propemodum author, Aelian. in Var. Græ. fol. 47.
- Mœchus in Creta quid pateretur, Ibidem 52.
- De mœchis lex: et quomodo à Lepreatis puniti sint, Ibidem 75.
- Mœchorum supplicium apud Lepreatos quod fuerit, Cælius 21. 47.
- Quod fuerit ius marito in adulterio uxorem deprehensam necare, Gell. 10. 23.
- Pellex quid, Gell. 4. 3.
- Qua crudelitate Macrinus imperator in adulteros animaduertet, Crinit. 11. 9.
- Zaleucum filio iussisse alterum ex oculis erui, alterum sibi, ut lata à se de adulterio seruaretur lex: adulterij pœna apud Gortynam, Cælius 21. 45.
- In adulterio deprehensus C. Salustius flagris cæsus, & pecunia data dimissus, Gellius 17. 18.
- Sicyonij contumeliosi in uxores Pelæonæorum, Aelian. in Var. Græ. fol. 31.
- TITVLVS VII. DE MULIEBRI SEXU in genere.**
- P**Vellas dici consueſſe quandoq; arctos, id est, urſas, deq; uerbo ἀρκτῆς, Cælius 26. 19.
- De mulieribus, S. pater Maximus. Flo. Græ. 1. 18. Aristotel. multa libro 7. de animalibus. Vide quædam supra in Phisicis, circa finem, Tituli 11.
- Mulier, Octauian. Mirand. Manip. flor. Lumen animæ, par. 2. cap. 156.
- Mulierum imagines, Florileg. Græ. 4. 5. Epitaphia, 3. 12. Scommata, 2. 11.
- Quod Helius Melissus in libro de loquendi proprietate matronam & matrem familiam differre existimauit differentia longe uanissima, Gell. 18. 6.
- Pro mulieribus contra Tiraquellum, Almaricus.
- De moribus mulierum, Raph. Volater. libro 30.
- Mulierum mores & ingenia, Bruson. 4. 1.
- De uotis mulierum stultis, Guilh. Castalius.
- De laudibus mulierum, Hiere. Pad. 4. 6. 1.
- Mulier bona, Ge. Maior ex poetis.
- De memorabilibus & claris mulieribus aliquot, diuersorum scriptorum opera. Liber excusus Parisijs apud Robert. Stephanum solidis Gallicis 10. uanit.
- De nobilitate & excellentia mulierum liber, per Alexandrum Piccolominum ex Gallico Italice redditus.
- De laudibus clarissimarum foeminarum oratio, numero septimadecima, ex 30. per Albertum de Eybe collectis.
- Boccatij de mulieribus illustribus liber, Venetij excusus Italice.
- Clarissimæ foeminae quæ intelligantur, Cælius 28. 13.
- Virilitas mulierum Lacedæmoniarum, Aelian. in Var. Græ. fol. 53.
- De felicitate foeminae, Plinius 7. 4.
- Decorum mulierum, Aelian. in Varijs Græ. fol. 75.
- Certamina muliebris temperantia, & œconomia, Cælius 24. 9.
- Quibus mulieribus Romæ statuæ posita, Plin. 34. 6.
- Pantheæ singularis uirtus, atq; item Mania, muliebris sexus commendatio: de Semiamira Heliogabali, & Gallianis, ac Zenobia: conchæ locus: de artemisia, et abato: Rhodiarum, Spartanarum, Romanarumq; laus, item Gallicarum, ac Persicarum: item de Thracum foeminis, & funebribus mulierum orationibus, Cælius 13. 33.
- Mulier sapiens, σὺμφωνία, Aelianus in Varijs Græ. fol. 34.
- Gormisda Persarum princeps, quo astu atq; cõmento è custodia sit liberatus ab uxore, Crinitus 18. 1.
- Vbi mulieres agricolentur, Aelianus in Var. Græ. fol. 76.
- Mulieres ab Olympijs excludi solitas, Cælius 14. 14.
- Foeminarum sugillatio, Idem 14. 15.
- Quæ mulieres apud magistratus, pro se aut alijs causas egerunt, Valerius & Fulgosus lib. 8. cap. 3.
- De institutione mulierum, secundum tres status qui cadunt in uitam humanam

- nam, Lodouici Dulcis dialogus Italicus.
- ¶ Mala mulier, & inconstantia foeminarum, Ge. Maior ex poetis.
- Mulierum fallacia 3. 9. 5. Vincentius Belluac.
- De uitijis mulierum, & reprobatione earum, 4. 6. 2. Hierem. Pad.
- De usu uini mulieribus interdicto apud Massilienses, & Romanos, & Italos, Leon. 3. 87. & 88.
- Massiliensium mulieres esse hydropotas, sicuti Mileti factitatum & Romę, Cælius 28. 6. Italicas mulieres uinum nescisse, Ibidem.
- Mulieres quę in luxu & mollicie uitam traduxerunt, Aelian. in Varijs Gręcis, fol. 3.
- Chrysophori mulieres quę, Cæl. 24. 9.
- Cur institutū est, ut mulieres cognatos ore osculentur? Plutarch. problem. Rom. 6.
- Mulierum ornatus, Coruin. Apophth.
- Mulierum Lacedæmoniarum ornatus, Aelianus in Var. Grę. fol. 73.
- De foeminarum nuditate apud Spartanos, Cælius 18. 1.
- Selenitides mulieres, Cælius 27. 17.
- Halix mulieres, Cælius 11. 4.
- Mulieres Indę, Aelian. in Varijs Grę. fol. 35.
- Mulieres cõcionantes, Aristophanis comœdia, cuius argumētum posuimus Tomo 1.
- Mulieres cur abstineant medio lactucę, Plutarch. Symp. 4. 9.
- Mulieres cur minime inebrientur, Plutarch. 33. Symp.
- An uiris frigidiores, Ibidem 3. 4.
- Cur mulier barba sit exuta, curq; in non nullis uisatur, Cælius 3. 24.
- TITVLVS VIII. DE SERUIS, seruitute, dominis, & liberis.
- Serui, Iac. Mag. in Sophilog. 3. 4. 4.
- Serui & seruitus, Pharetra.
- De seruis bonis & malis, Anton. Mon. Melissæ 2. 23.
- Ministri, Pharetra.
- Mancipia, In floribus D. Bernardi 7. 35.
- De dominis & seruis, Stobæus.
- De dominis bonis & malis, Antonius Mon. Melissæ, 2. 21.
- In seruos scommata, Florile. Grę. 2. 16
- Epitaphia 3. 13.
- Seruite nomen unde propagatum, Cælius 18. 24.
- De famulis & domesticis, Hierem. Pad. 4. 3. 10.
- Ancillæ, Iacob. Mag. in Sophilo. 3. 4. 4.
- Seruitus, Octau. Mirand. Manip. flor. Index in prouerbia Erasmi secundum locos. Lumen animę, par. 2. cap. 223. Petrus Lagnerius ex Cic.
- De seruitijs, Plinius 7. 39.
- De libertate & seruitute, dominis & seruis, Hierem. Pad. 4. 3. 9.
- De seruis & eorum officio, Brunfelsius Pandect. libro. 6.
- De officio famulorum, Gilbertus Cognatus.
- Quod seruitus & herilis potestas ad humanam uitam utiliter cõstitutę sint? Theodoret. de prouidentia lib. 7.
- Quod qui sanę & bonę mentis sunt, nihil ex eo lædantur quod prauis dominis seruiant, Ibidem lib. 8.
- Seruitus inhonesta, Coruin. in Apoph.
- Seruitutis malum, Cælius 7. 31.
- De seruis commoda & incommoda, Raphaël Volaterr. libro 30.
- Seruitium qui inuenerint, Polydorus Verg. 2. 2.
- An seruitus sit præter naturā: quot modis serui fiant, Cælius 25. 17.
- Nemo uere seruit, nisi qui seruit uolens, Marsilius 5. 26.
- Seruiles artes, uide in Mechanicis, libro 13. Tit. 12.
- De seruili procacitate, Cælius 25. 23.
- Conturbatores serui, Ibidem.
- De Asiaticorum seruilibus ingenijs ac Persica seruitute, Cælius 25. 17.
- Seruos non habere caput, quid sit, Cælius 25. 23.
- Seruos non admitti in militiam solitos, Ibidem.
- Quę seruorum species apud iurifconsultos, Alexander ab Alex. 3. 25. Cælius 27. 18. \*
- Thetes, thessæ, penestæ, cilycirij, arostræ, Cælius 25. 18.
- Penestæ, Aelian. in Var. Grę. fol. 74.
- Diaconus, diaconium, Cælius 25. 23.

- Vernaculi, Cælius 7. 31.  
 Qui dicerentur stigmatiæ ac literati, Ibid.  
 De Cretenſium ſeruis, & Spartanorum  
 helotis: inibi quid cryptia: de ſeruis  
 item ſale commutatis: qui dicatur pro  
 prie *δραχ*, & qui cæcetes: quid Tity-  
 rus: miniſtri publici: de epharmiotis,  
 ſeu amphamiotis: mncea ſeruitus que  
 fit: mariandyni: chryſoneti: Scythę mi-  
 niſtri, ſiue toxotæ, Cælius 25. 19.  
 De ſeruis publicis, lib. 10. epiſtolarum  
 C. Plinij.  
 Qui ſerui pœnæ, Cælius 25. 23.  
 Qui dicantur apolides, & inſularij: ex-  
 penditur locus in carmine obſcœno:  
 ſalutigeruli, meſaulij, mediaſtini, me-  
 ſonautæ, ſymbolę: literati ſerui, eorun-  
 dem nomina plura: ſaccularij, directa-  
 rij, ſaccarij, ſaccariam facere, admiſſio-  
 nales, cenſuales, Cælius 25. 20.  
 Serui pileati, coronati, apolides, inſula-  
 rij, originarij, aſcriptitij, dulocratia,  
 partiarij, Cælius 7. 31.  
 De ſeruis ſacris apud Albanos, Cælius  
 18. 27.  
 Vocabula plura ad ſeruorum rationem  
 ſpectantia, therapia, prater, mylon, ſti-  
 gmatia, helotæ, chondrocopia, ze-  
 trea, apparitores, attagen uarius. &c.  
 Cælius 25. 24.  
 Vocabula plura ad conuiuij dominum  
 & ſeruos ſpectantia, Cælius 27. 25.  
 De fide & charitate ſeruorum erga do-  
 minos, Sabellicus 3. 8. Valerius &  
 Fulgoſus 6. 8.  
 Quomodo ſerui ſeu miniſtri tractandi,  
 Raph. Volaterr. libro 30.  
 De humanitate in ſeruos, Io. Carnoteñ.  
 libro 8.  
 Quæ iura competat dominis in ſeruos,  
 & patronis in liberos, Alexander ab  
 Alexan. 3. 20.  
 De familiaritate habenda cū ſeruis et ipſos  
 diligendos eſſe, Seneca li. 6. epiſt. 47.  
 Non eſſe contemnendam fortem ſeruo-  
 rum, cum & dij horum curã gerant,  
 & multos ex his fideles, prouidos, for-  
 tes, & philoſophos quoq; fuiſſe con-  
 ſtet, Macrobi. Sat. 1. 11.  
 Ancillarum facinus inſigne, Ibidem.  
 De ſeruili genere quid ſentiendū: non  
 ſeruis modo, ſed & iumentis benigne  
 impariendum: hecatompedon quid:  
 Plinius illuſtratur cum Ariſtotele: ſer-  
 uorum tractandorum ratio: magiſtra-  
 tus, quem uocant Iouis Olympij fa-  
 mulatum, Cælius 25. 21.  
 Quod plurimos apud Græcos habuere  
 ſeruos, & de Romanorum ſeruitijs,  
 Leonicen. 3. 4.  
 Serui mali conditio ultima quæ ſit: item  
 de pileatis ſeruis: de lapide emptus a-  
 pud Columellam quid, Cælius 25. 22.  
 Cuiusmodi ſeruos, & quam ob cauſam  
 Cælius Sabinus iuris ciuiliſ author,  
 pileatos uenundari ſolitos ſcripſerit,  
 & quæ mancipia ſub corona more  
 maiorum uenerint, atq; idipſum, ſub  
 corona, quid ſit, Gellius 7. 4.  
 Falſum eſſe quod Verrius Flaccus in li-  
 brorum 2. quos de obſcuris M. Cato  
 nis cõpoſuit, de ſeruo receptitio ſcri-  
 ptum reliquit, Gellius 17. 6.  
 De Laconicorum ſeruorum ebrietate,  
 Tzetzes 3. 93.  
 De ſeruorum certamine ab Hippolyto  
 inſtituto, Leonicen. 2. 47.  
 Seruorum feſtum idib. ſextilis, Plutar-  
 chus problem. Rom. 100.  
 Famulum quomodo quidam ulciſci uo-  
 luerit, Aelian. in Var. Græ. fol. 68.  
 Quod Phædon Socraticus ſeruus fuit,  
 quodq; item alij complures ſeruitutẽ  
 ſeruierunt, Gell. 2. 18.  
 De ſeruis inter tyrones inuentis, lib. 10.  
 epiſtolarum C. Plinij.  
 De Callidromo Laberij Maximi fugiti-  
 uo, lib. 10. epiſtolarum C. Plinij.  
 Fugitiuarij, ceruus pro ſeruo fugitiuo  
 Martiali, Cælius 25. 24.  
 Fugitiui, dialogus Luciani, Bruſonius  
 2. 45.  
 Serui fugitiui quas calamitates Chijs in-  
 fluxerint, Leonicen. 2. 96.  
 ¶ De adſertione ingenuorum, qui pro  
 ſeruis educati ſunt, C. Plin. lib. 10. epi-  
 ſtolarum, bis.  
 De manumittendis feſtuca ſeruis, & cir-  
 cūactu, Politian. 1. 98. Miscellan.  
 Quodq; manu emiſſi, patronorum ſibi  
 nomina imponebant, deq; in nomen  
 adoptando ex teſtamẽto, Politia. 1. 31.  
 Serui quomodo manumittebantur, Ra-  
 phaël Volaterr. libro 30.

Qui & quorum liberti præpotentes, Pli-  
nius 35. 18.

De libertinis qui uocentur dedititij, Po-  
litian. 1. 84.

¶ De mercenarijs bonis & malis, An-  
ton. Monach. Meliffæ 2. 29.

De mercede conductis, qui in diuitum  
famijs uiuunt, Lucianus Græce &  
Latine Des. Erasmo interprete: inter  
cuius opera etiam habetur, Tomo 1.

TITVLVS IX. DE AVGEN-  
da re familiari. De pecunijs & pertinentibus  
ad ipsas. (Vide etiam in Politicis  
Tit. 9.)

DE familiari administratione Gilber-  
tus Cognatus.

Oeconomicorum publicorum liber Ari-  
stoteli attributus, exempla continet  
quibus prudenter uel astute, publicæ  
priuatæq; pecuniæ augeri possunt, et  
inopia caueri.

De diuitijs, uide supra in Ethicis, Tit. 5.

De parsimonia, Octauia. Mirand. Vide  
supra in Ethicis Tit. 24. ubi de fruga-  
litate, in Temperantia.

Pecuniarum parsimonia & custodia, Ae-  
lian. in Var. Græ. fol. 26.

Quomodo quis ditescat, uide Hierony-  
mum Cardanum de sapientia libro 2.  
& 3. & 4.

De pecuniæ cura difficili, Cælius 19. 27.

Gravis quidē uidet̃ factura pecuniarum,  
hominum uero grauissima, Marsil. 3. 56.

In pecuniæ difficultate uasrum consiliū  
Heracleotarum, ex Aristotele, Leo-  
nicen. 3. 28. Item aliud in eadē re  
Timothei Atheniensium ducis, Ibi-  
dem cap. 79. & aliud, cap. 81.

Rei familiaris tuendæ augendæq; docu-  
menta plurima apud rei rusticæ scri-  
ptores, de quibus supra lib. 13. Tit. 13.

Nothiæ pecuniæ, Cælius 24. 6.

Nothiæ pecuniæ ac hyphoniæ, Cæl. 10. 2.

Theoricæ pecuniæ quæ sint, & stratoti-  
cæ, Cælius Rhodig. pag. 293.

Pecunias qui contempserint, Aelianus  
69. fol. in Var. Græ.

Pecunias quis primus Spartam intule-  
rit, Ibi-  
dem 70.

De pretiositate & uilitate, 4. 3. 12. Hier-  
em. Paduan.

Exactio, Lumen animæ, par. 2. cap. 83.

Ἐξάφης χρημάτων κρείττων, Aelian. in Var.  
Græ. fol. 69.

Vnde dictum sit κερδάλιον, id est, lucro-  
sum uel astutum, Tzetzes 12. 445.

De utilitate & lucro, uide supra in Ethicis  
Tit. 5.

¶ Argentum factum & signatum quo  
differant, Cælius 10. 2.

In Aegina primum nummos uideri cu-  
sos, Cælius 9. 25.

Species nummorum plures, ex Græcis La-  
tinisq; congestæ authoribus: de obo-  
lis, seu obelis, quid obolostates: ἀρπάζ-  
ζευ, statera, thematismus, cibdela, cib-  
dela: facellium quid; trapezitarum the-  
ma, Cælius 10. 2.

Breuiarium in G. Budæi de asse & par-  
tibus eius, cum supputatione Græco-  
rum nummorum ad Romanos: item  
Supputatione assis ad monetam Basi-  
lien. item ad monetam Gallicam, po-  
stremo Gallicorum nummorum ad cru-  
ciatos Germanicos. Charta 1. in 8. im-  
pressa Basileæ apud Iaco. Parcū, 1546.

Tribunos pecuniā signasse, Cæl. 25. 22.

Paratypa, Cælius 10. 2.

Parachactæ, Ibi-  
dem.

Thesaurus quæsitus in Pythijs, Aelian.  
in Var. Græ. fol. 32.

Thesaurum recondendis pecunijs stru-  
ctum à Minya primum, Cælius 20. 25.

De diuitijs satis dictum est in Ethicis  
Tit. 5.

Stultorum thesaurus, Cælius 30. 28.

Hæreditas, Doletus Tomo 2. Plura ui-  
de infra in Iure.

Tabulæ & codices accepti & expensi,  
Cælius 12. 20.

Mutuum, Octau. Mirand. Brusonius  
4. 22.

Quod non oporteat mutuari, Plutarch.  
Græce, & Latine Bilibaldo Pirckheia-  
mero interprete.

Debitum, Manip. florum, Lumen ani-  
mæ, part. 2. cap. 59.

De credito & debito, Hierem. Pad. 2. 5. 8.

De creditoribus bonis & malis, Anton.  
Mon. Meliffæ 2. 25.

De credito & debito, maxime usurario,  
Hierem. Pad. 4. 2. 8.

Nexorum status: qui dicerentur nexi, et

D E O E C O N O M I C I S

- qui obærat: Necessendi ratio, Cælius 12. 20.
- Apocha quid & antipocha: item de nexis, Cælius 12. 21.
- Aeris alieni remissio, Aelian, in Varijs Græ. fol. 73.
- De Atheniensium sisachthea, & nouis tabulis: chreocopia, chreocopidæ, Cælius 12. 20.
- De usura, Octauian. Mirand. Index in prouerbia Erasmi secundum locos. M. Lutherus. Lumen animæ, par. 2, cap. 265. Manip. florum. Vincent. 3. 7. 11.
- Fœnus, Brusonius 2. 47.
- Vsuræ detestatio, Vincent. Bell. 3. 7. 11.
- De pecunia fœnebrî, C. Plinius libro 10. epistolarum.
- Centesimo usuræ cur dicant, Cæli. 28. 39.
- Palintocia quid, Cælius 8. 9.
- Palintocia quid apud Megarenses, Plutarch. problem. Græ. 18. Sic appellabant eum plebs usuras à creditoribus quas antea soluissent, reposcebat.
- Sumptus, Brusonius 6. 12. Vide in Ethicis, Titulo 10. ubi de pdigalitate.
- De sumptu immoderato, Sabellicus 8. 3.
- In pyramidem unam in Aegypto pro operarū uictu admirandus sumptus, Leonicen. 3. 83.
- De sumptu, dapibus, & acipensere Galonij, Crinitus 6. 4.
- Admirandus sumptus pyramidis unius pro operarum uictu, Leonic. 3. 83.
- ¶ De ordine dictum est in Ethicis ubi de prudentia,

A P P E N D I X.

C A P I T A Oeconomicorum Xenophontis, quæ Cicero olim transfudit, ut Colum. lib. 11. & D. Hieronymus testantur.

OECONOMIAM esse scientiã: & Oeconomii opus, uel suam, si possideat; uel alienam domum bene regere.

Domus nomine possessiones utiles u. biuis omnes intelligi. Et eas tantum proprie possessiones aut opes dici, unde quis fructum capiat, & quas colere possit, & quas augeri conueniat: denique quibus quis recte siue ad corporis siue ad animi salutem utatur. Nihil enim inter bona numerari debet, quo quis uti nesciat.

Amicos etiam inter opes haberi: & interdum inimicos, cum aliquid lucri ex eis nobis accedit.

¶ Quod multi propter otium, animi molliem, negligentiam, aleam, & inutiles sodalitates, rem familiarem negligant, & non exercent: Multi uero exercent quidem diligenter, sed partis abutantur ad gulam, temulentiam, luxuriam, libidines, ambitionem, & huiusmodi uitia, quæ corpus & animum, & rem familiarem disperdunt.

Nihil egere, non in diuitijs situm, sed in autarcia. Et quod plurimis egeat qui ciuilitate (ut uulgus ciuilitatem iudicat) uiuit & auram popularem captat.

A diuitibus amici etiam, ut putantur,

eque diuites aut ditiores, lucrari aliquid cupiunt.

Ex hisdem actionibus, ditescunt & florent qui diligentiores sunt; qui uero negligentius œconomiam tractant, socordia suæ pœnas in paupertate dant.

¶ Hic demum incipit Socrates Oeconomiam præcepta delibare.

Aedificia quosdam magno sumptu inutilia, alios minore commoda parare.

Supellex pauca bene disposita, magnæ inordinatæ præferenda.

Seruos alibi uinctos aufugere, alibi solutos sponte omnia exequi.

Circa agriculturam quosdam etiam rei intentos excidere fructibus, alios mire proficere. Similiter & in arte equestri, in qua bonos equos habiturus, pullos adhuc instituit: sic agri causa coloni à pueris emendi. Vxoribus puellæ ducendæ, & instruendæ à uiris, &c.

In alijs artibus similiter rem se habere: Vituperat mechanicas: Agriculturam & militiam laudat exemplo Cyri: cuius studium circa rem bellicam primum celebrat: deinde circa agriculturam: et quod duplicem magistratum in regiones suas mittere solitus sit, quorum alter militibus, alter

alter opificibus & agricolis præffet: & quod uterq; alterius ignauia & uitia apud Satrapam utriusq; præfectum accusaret.

Quomodo & agricolas & milites seorsim uocatos rex laudare solitus sit, & donis afficere. Alias quoq; Cyri uirtutes laudet. Quod suis manibus artificiosissime plantauerit, nunquam prendere solitus nisi bellicum aliquod aut rusticum opus, aut aliud quippiam honestum, prius perfecisset. Plura in Agriculturæ laudē, simul & pectariæ.

Orandi sunt dii, & sacrificandū eis, ut agris & pecori exitiosas calamitates auertant.

Epilogus superiorum.

¶ Agricultura & militia solæ & necessariæ ad uictum cōparandum, ac defendendum quod partum est: & utiles fructuosaq; cultoribus suis, & homine libero dignæ sunt: mechanicæ cæteræ indignæ.

Quinam honesti boniq; uiri sint Ischomachi exemplo docet.

De bona uxore, eiusdē exemplo docet. Duxit is uxorem uix 15. annos natā, quæ ætatem præteritam omnem in cura maxima fuerat, ut quàm minimum uideret, quàm minimum audiret aut loqueretur, &c. Coniunx uterq; dijs sacrificauerunt ac Ioui, ut marito quæcūq; optima utriusq; forent edocere contingeret, uxori uero discere.

¶ Ischomachi & uxoris primū in matrimonio colloquium, de matrimonij institutione, mutuis coniugū officijs, liberis suscipiendis, & re familiari honestis laboribus et per agriculturam augenda: Mulieris esse quæcūq; intus facienda sunt facere, & foris parta tueri, &c. Quæ nam Deus marito aut mulieri peculiari-ter & quamobrē dederit. Apud exemplū ad œconomiam, quarū regē matronæ confert, in diuidendis operibus, uictum recodendo, alios domi curando, alios emit- tendo foras. Serui quomodo tractandi. Ancillæ quomodo instruendæ, & alia matronæ officia. Admonitio uxoris tristantis cum accusaretur ob negligentiam.

¶ Ordinis laus & utilitas: exempla à choro, exercitu, trirēmi. Locū constitue- mus rebus quibuslibet opportunum, mi- nistrūq; docebimus quæ hinc promere

oporteat, quæ illic locare. Sic & usus re- rum omnium promptior fuerit, & quæ sal- ua sint, quæ non, facile cognoscetur: & quæ aura aliqua uel nulla indigeant. Na- uis Phœnicum qualis fuerit: quàm mul- tis uarijsq; rebus onusta, omnibus opti- me dispositis, per angusta loca, ita ut ne- que impedimento sibi essent, neq; rursus incomposita iacerent, instrumenta quibus nauigatur, & alia quibus appellitur ad littus aut soluitur, supellex, merces, machinæ bellicæ, arma. Quod in otio sæpe rerum ordines inspiciendi sunt, ita ut minister et paterfamilias tam sciant si- tum singulorum, magnitudinē, figurā, quàm grammaticus literas: Postea enim cum usus rerum festinationem postulat, inquirere non uacat.

Ordinata supellex chorus quidam ui- detur rotundus, qui non tam ipse q; eius media pulcherrima eminus apparent.

Locus singulis rebus ordinatus con- uenit: quo prætermisso tum alijs tum in- uia magna oritur difficultas: ut si duo ci- tra constitutum sese inuicem quærent, prius deficient quàm conueniant.

¶ Formula disponendæ domus.

Thalamus in penetrali & loco muni- tiore, peristromata, uasaq; nobilia, et alia pretiosiora tuetur.

Granaria siccaq; loca, frumēta: Apo- thecæ frigida, uina conseruant.

Perspicuis locis & maxime in luce po- sitis, uasa & opera dicantur.

Diateteria uiuorū æstate frigida, hye- me calida.

Domus tota ad meridiē spectet, aprica per brumam, per æstus umbrosa.

Gynæconitis ab Andronitide balneo disiungitur.

His in locis sua ubiq; disponantur ua- sa, nemo exportet quod non oportet.

Seruis bonis coniugia permittenda, malis non item.

¶ Instrumentorum domesticorum di- uisio. Sacrificijs destinata. Ornatus muliebris festis profestisq; diebus. Vi- rilis per festa & belli tempus.

Stromata in Gynæconitide, alia in Andronitide. Calciamenta alia uxo- ris, alia uiri. Instrumenta textrina, pi- storis, coquinæ, circa lauacrū, circa ma-

ctas, circa mēſas. Quotidiana diſtincta ab ijs quæ per celebriſſimas tantū & conuīſia uſurpantur.

Ratio ſubducenda erogatorū in ſingulum menſem, ut inde ſumptus totius anni cognoſcantur.

Loca unde ſingula condi pmiq̄ oporteret, conſcripta promæ tradita, quæ etiā iuſſa eſt recepta ſingula condere. Quælis eligēda ſit proma, q̄modo tractanda.

¶ Matronæ officiū, ut ipſa ſæpe ſingula inſpiciat, tanquam legum cuſtodes in ciuitate: bonas operas laudet: ſecus, caſtiget. Ne grauetur uxor, ſi plus curæ ei demandetur quàm famulis: quorū nihil quàm labor & cuſtodia eſt: uſus uero & proprietates rerum uxori cum marito communis. Grauior & durior bonæ matrifamiſiæ negligentia q̄ diligentia uidetur: cum innatum ſit homini ſapientia, ut filiorum, ita poſſeſſionum amore teneri, earumq̄ cura oblectari.

Materfamiliſiæ ne fūco ullo utat̄, nam ne ſi uelit quidē maritum fūcus ſemper latere poterit. Curandum potius ut ſimplex corporis forma & integritas ſit, ad quam multum facit, non deſidere totos dies, ſed domum circūire, uafa, famulos & famularum opera inſpicere, docere, diſcere: item corpus exercere lauando, pinſendo, ueſtes et ſtragula excutiendo, deinde componendo. Hæc ſi ſponte, non coacta fecerit, cibus ei uidebit̄ ſurauior, corpus ualidius & pulchrius euadet.

¶ Bonus & honeſtus uir qui ſit, per uitam Iſchomachi oſtenditur.

Parergon. Socrates, & quod ſtultiſſimum putatur, inquit, pauper appellor: quod nomen ægre quondam ferebam, donec Niciæ equū uidi, quem cum uulguſ in magna frequentia admiraretur, ab equiſone interrogauī, nū quas opes haberet, qui tantopere laudaretur, &c.

ISCHOMACHUS de ſe: Deos ante omnia colo, conorq̄ ualetudinē in primis, uiresq̄ corporis: deinde honores in ciuitate, beneuolentiamq̄ apud ciues, & in bello ſalutem, poſtremo rei familiaris honeſtam amplificationem, quantum mihi ſas eſt ſupplicanti ab eis impetrare.

Bonus honeſtusq̄ uir diuitias etiā appetit propter ſacrificia, amicos, & remp.

Cibum idoneum, laborem & exercitia, bona corporis ualetudo & robur ſequitur: quibus cum laude in bello utimur. Inde etiā res familiaris augetur.

Quotidianæ actiōes Iſchomachi, Mane ſurgere, ſi quid in foro aut urbe faciendū eſt, curare: ſi minus, rus ire: puerum cum equo præmittere: prædia & colonorū operas inſpicere, deinde equo ſe exercere exercitatio eſt ſimilis bellicæ: equum puero reddere cum rebus in urbem ex agro ferendis, pedibus redire, prandere moderate.

Hæc faciens & nemini nocens, & iuuans quos poterat: non ab omnibus tamen bonus honeſtusq̄ uocabatur, ſed multorum etiā calumnias ſuſtinebat.

Alia quæ ſermone fiunt Iſchomachi ſtudia, ſeruorum lites caſtigando dirimere, neceſſariorum diſcordias cōponere, apud amicos uel publice & in ſenatu improbos uituperare, bonos laudare, iniuriam depellere: res bonas ſuadere, malas diſſuadere: uxorem reprehendere, humaniter aliās, mentitam uero, acerbè.

Quod uillicum ipſemet inſtituat, ut pote uicarium ſuū: & quod maxime beneuolos uillicos & huiuſmodi dominoꝝ rū uicarios beneficijs efficere oporteat. Multos non eſſe idoneos qui doceantur rem alienam curare, ut ſunt appetentes meri, ſomniculoſi, Veneri dediti: maxime uero dociles eſſe lucri auidos.

Herum ipſum diligētem & ſolertem eſſe oportet: eo enim torpente uillici & famuli etiā natura boni nunquam diligentes erunt. Famulis recte curantibus, habendæ gratiæ: ſecus agētes plectendi.

Barbarus à rege interrogatus quomodo equus tā celeriter ſaginat̄ eſſet: Oculis domini reſpondit. Sic omnia oculis domini meliora reddere poteſt.

Præter diligentiam docendi ſunt etiā miniſtri, q̄modo, quæq̄ ratione ſingula.

Præterea docendi uillici qua ratione imperare cæteris miniſtris debeant: nempe ſi in obſequentes aliquid quo delectentur conferant, uel cibos, uel laudes: non obſequentes caſtigent. Veſtes, calcei, & alia, non æque bonis & ignauis diſtribuan̄. Et reliqua, quæ omnia ſunt de uillico, & re ruſtica.